



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

*Per iter
illam ora
re.*

per varias preces effunderet. Id aliquando per iter agente illo, videre sibi videbatur socius comitem inisse in excelsa Deiparam velut æquis cum illo passibus ambulantiem, & annuerantem singula quæ Consalvus agebat officia pietatis.

ANNO MDLXIV.

*Gloria
Deipare
gratulari.*

900 Alphonfus Rodriguez Coad. die Assumptionis B. V. post communionem gratijs agendis intentus, Deiparam, stipantibus eam Angelis, ab æterno Patre in altum eleuatam, coronatamque aspexisse fertur in vita quam plures edidère, ubi etiam dicitur, quòd ipsa Regina gloriæ Alphonsum manu prehensum, coram Angelo custode, & S. Francisco (quem ille vnicè colebat) æterno Patri obtulerit, velut munus, repenti in loco excelsa & lucidissimo collocatum.

ANNO MDLXVII.

*ob. 1567.
4. Martij.*

n. 91.

*Mortem
suam illi
unicè com-
mendare.*

901 Aliquot ante P. Emmanuelis Mionæ migrationem diebus, cum in eius cubiculo, inquit Sacchinus, causa nulla odoris, neque à morbo, neque à senectute hominis, neque à ministrorum curâ esset; adeò tamen ex ipsomet decumbente suavis afflatus odor dicitur, vt vehementer qui aderant mirarentur. Relictam ab Virgine ferebant eam suauitatem, quæ clientem suum benignè inuisisset. Idem P. Emmanuel, cum agens animam oculos in cælum, præter solitum, intendisset, quærenti quid hoc sibi vellent, respondit; se Deiparam intueri.

*Sacch.
n. 235.*

902 Eodem hoc anno Goæ die S. Iacobi morienti P. Ludonico Goëz cum dicerent quidam, vt in ipsos conuerteret oculos; Sinite, inquit, ita esse: Nam coram me Sanctissima Virgo adstat. Et creditum id esse ait historia: adeò excellenti religione eam coluerat.

AN-